

PROF. CHRISTIAN MUENDEN

Fakultät	Theologische Fakultät
Geboren	1684 in Burg/ Fehmarn
Gestorben	1741 in Frankfurt/ Main
Kurzvita	Pastor in Göttingen (1716–1727); Theol. Prof. in Helmstedt (1727–1730); danach Hauptprediger in Frankfurt/ Main;
Porträt	HAB: A , 4634 A , 4635
Quelle	
GND	https://d-nb.info/gnd/117174025
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-154-muenden

Lehrstühle

1727–1730 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

Ämter

1716–1727: Göttingen, Pastor

1730: Frankfurt (Main), Hauptprediger a. d. Katharinen-Kirche

1732: Frankfurt (Main), Senior d. Predigerministeriums

Vorlesungen (15)

Christ. Mündenivs D. in recitationibus publicis aestiuo semestri hermeneuticam sacram ex b. Abb. Schmidii compendio theologiae exegeticae tradidit; instante vero semestri theologiam, quam casuisticam dicunt, ex Superiorum voluntate exponet, singulis diebus Sabbati labores cuiusuis hebdomadis repetitione practica et pia paraenesi ea qua coepit, ratione obsignaturus. Praeterea, desiderio eorum, qui sacras literas et rite scrutari, et solide atque perspicue aliis exponere cupiunt, vt pro virili respondeat, non solum in historia euangelia secundum harmoniam IV. euangelistarum, ex ipso textu originali illustranda inque cel. Bvddei compendio institutionum theologiae dogmaticae explanando progredietur, et diebus Mercurii ac Sabbati collegium disputatorium et concionatorium continuabit: sed etiam pericopas epistolicas secundum artis hermeneuticae et homileticae regulas pertractabit. Docet publice hora pom. II., Wintersemester 1727/1728

Christianvs Mündenivs D. publice regulas interpretationes scripturae sacrae exemplis , ex codices V. et N. T. selectis, illustrabit, et qua ratione illae rite applicari debeant, commonstrabit. In lectionibus biblicis acta apostolorum explicabit, iisque perlustratis ad epistolas Paulinas progredietur. [...] Docet publice hora pom. III., Sommersemester 1728

[...] In lectionibus biblicis acta apostolorum explicabit, iisque perlustratis ad epistolas Paulinas progredietur. [...] Docet publice hora pom. III., Sommersemester 1728

[...] In ipsis vero disciplinis, nec non in exercitationibus theologicis, voluntati ac desiderio discentium pro virili respondebit., Sommersemester 1728

[...] In ipsis vero disciplinis, nec non in exercitationibus theologicis, voluntati ac desiderio discentium pro virili respondebit., Sommersemester 1728

Christianvs Mündenivs D. praecipuos casus conscientiae, qui publicis ecclesiae ministris in omnibus

muneris ecclesiastici partibus obuenire solent, ex verbo Dei accurate decidendos, iusto persequetur ordine. [...], Wintersemester 1728/1729

[...] In collegio biblico XIII epistolas Paulinas, ea, qua praecedentes libros biblicos N.T. iam exposuit, ratione explanabit. Controversias etiam cum Pontificiis, et generales, et speciales, ex b. I. A. Schmidii breuiario pertractabit: et in doctrina christiana, ex cel. Bvddei institutionibus iterum breuiter riteque tradenda, omnem dabit operam, vt veritas caelestis ex sacris literis solide demonstretur. Collegium concionarium et disputatorium statis diebus continuabit., Wintersemester 1728/1729

Christianvs Mundenivs, D. publice in obscurioribus sacri codicis vtriusque foederis locis recte explicandis, et diuersis diuersorum, maxime recentiorum, interpretationibus diudicandis, regularum bonae interpretationis vsum demonstrabit. [...], Sommersemester 1729

[...] In praelectionibus biblicis epistolam ad Hebraeos, ac VII epistolas catholicas explanabit, et apocalypsin Ioanneam paucis perlustrabit, vt vniuersum codicem N. T. diuina opitulante gracia absoluat. [...], Sommersemester 1729

[...] In reliquis disciplinis [...] commilitonum desideriis respondebit., Sommersemester 1729

[...] atque exercitationibus theologicis commilitonum desideriis respondebit., Sommersemester 1729

Christianvs Mundenivs D. in publicis praelectionibus ad theologiam, quam casuisticam vocant, reuersurus, specialem animarum curam, de qua pastores ecclesiae quam maxime solliciti esse debent, rite instituendam tradet. In biblicis praelectionibus, sacro codice noui foederis absoluto, codicem veteris testamenti explicare aggredietur, et a Pentateucho recte illustrando initium faciet. In reliquis etiam disciplinis et exercitationibus theologicis operam suam non desiderari patietur., Wintersemester 1729/1730

Christianvs Mundenivs D. publice ex libris historicis V. T. historiam patriarcharum gentisque Israeliticae enarrabit; in primis vero loca Mosis difficiliora, in quibus promissiones de Messia exhibentur, secundum regulas bonae interpretationis, solcite curateque explanabit. Durante etiam Decanatus munere, conciones in Augustanam confessionem, quae singulis diebus dominicis in templo academico habentur, diriget. [...], Sommersemester 1730

[...] Priuatim harmoniam euangelicam exponet, textumque IV. scriptorum euangelicorum obseruationibus maxime necessariis illustrabit, et veritatem historiae euangelicae vindicabit. Neque minus veritatem Augustanae confessionis ex verbis Christi in disputationibus nonis publicis demonstrabit, nec vlllo in studio, aut exercitio theologico, suo deerit officio, auditoriumque desiderio., Sommersemester 1730

Christianvs Mundenivs D. diuino nutui, quo in aliam euocatus est vineam, bona cum gratia Serenissimorum Nvtritorvm huius academiae obsecuturus, praelectiones et exercitationes academicas, elapso aestiuo tempore institutas, ad finem perducet, et sacratoris disciplinae cultoribus etiam post discessum suum ex hac academia, quacunq; fieri poterit ratione, inseruire non desinet., Wintersemester 1730/1731

Dissertationen (7)

Dissertatio exegetico-moralis De akribeia christianorum practica Von der christlichen Fürsichtigkeit ad ephes. V. 15, 17.03.1728

Dissertatio exegetica prior De dedicatione evangelii s. lucae cap. I. 1-4, 17.04.1728

Dissertatio harmonico-theologica De christo vate passionis et gloriae, sive mortis, resurrectionis, et ascensionis suae in coelum ex dictis christi ab euangelicis scriptoribus consignatis, 26.05.1728

Dissertatio theologica In qua serenissimos illustresque confessores cum iis quorum opera usi sunt in confessione fidei augustissimo imperatori carolo V. augustae vindelicorum a. c1513. exhibita genuinos christi discipulos et imitatores fuisse demonstratur, 1730

Dissertatio Invicta veritas quatuor priorum articulorum invariatae augustanae confessionis in thesi et antithesi denuo asserta et ex verbis christi ab evangelicis scriptoribus consignatis demonstrata, 01.07.1730

Dissertatio theologica De miraculis christi salvatoris nostri contra thoman Woolstonum, 07.07.1730

Disputationum theologiarum septima Ad augustanae confessionis artic. xi. usque ad xvii., 31.08.1730

Beteiligung an Dissertationen (1)

Respondent in: Johann Andreas d. Ä. Schmidt (Präses): Dissertatio inauguralis exegetica In qua nova oraculi zachariani cap. VIII. v. 11. a variis variae expositi exegesis proponetur, 21.06.1725

Zitierhinweis

Prof. Christian Muenden. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-154-muenden> [24.06.2026]